



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

§. V. De defectu bonæ famæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

§. V.

De defectu bonæ famæ.

Quintus est defectus bonæ famæ, ex quo sunt irregulares, quicumq; infames habentur sive ea infamia sit juris, id est, sive ex jure civili aut Ecclesiastico viles & infames reputentur! prout habentur

Ex defectu bonæ famæ sunt irregulares, qui infamia juris vel facti laborant.

Circulatores, Histriones, Mimici, Comædi, & alii Artes ejusmodi & Officia exercentes: sive sit infamia facti, id est, sive ex enormi aliquo & notorio crimine à te commisso infamiam contraxeris v. g. Proditione, Sacrilegio. & aliis similibus, quæ degradatione vel depositione digna sunt. Dixi notorio. Nam si occultum sit, etsi habeat infamiam ipso jure annexam, modò excipias homicidium & censuræ violationem, non inducit irregularitatem, ut docet Ken Nav. Laym. contra Syv. & Suar. Quod si quis à civili Magistratu aut alia Superiore potestate

E 2 notatus

notatus foret aliqua infamia ;
 & ab eisdem pristinae famae re-
 stitueretur , desinet esse irre-
 gularis. Eiusdem enim est ab-
 solvere, cuius ligare. *L. Nemo ff.*
de Reg. Jur. Suar. de Cens. disp. 48.
Secl. 2. idem est dicendum de
 eo , qui per publicam & con-
 stantem vitae emendationem
 infamiam facti à se removet,
 & omnino tollit. Vid. Laym.
L. 1. tr. 5. part. 5. c. 4. qui juxta
 communem sententiam exci-
 pit hæresin & apostasiam no-
 toriam : Nam hæc impediunt
 à susceptione Ordinum etiam
 post pœnitentiam & absolu-
 tionem , quia tales ipso jure
 habentur infames. Non im-
 probat tamen consuetudinem
 regionum quarundam sep-
 tentrionalium, in quibus Epi-
 scopi ordinare solent ex hæ-
 resi ad fidem Catholicam con-
 versos & absolutos , eo quod
 tales neque in civili jure à pu-
 blicis dignitatibus & officiis
 repellantur , adeoque isthic
 infames non habeantur. Imò
 vult

vult esse certum, Episcopum posse dispensare cum talibus ad fidem conversis, per privilegium dispensandi super omnibus irregularitatibus, præter eas, quæ ex voluntario homicidio, mutilatione, bigamia, & natalium defectu contractæ sunt.

§. VI.

De defectu ætatis.

Sextus est defectus ætatis requisitæ ad Ordines suscipiendos, de quo supra dictum est. De hoc defectu supra dictum est.

§. VII.

De defectu Sacramenti.

Septimus est defectus Sacramenti, subintellige Matrimonii, quod per bigamiam, five per conjugium cum duabus legitimis uxoribus successivè habitum, deficit in perfecta significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia tanquam Sponsa sua. Habet enim Sacramentum Matrimonii id ex sui institutione, ut repræ-

Ex defectu Sacramenti sunt irregulares omnes bigami.